ſupra poſitum in quantum poteſt. Deinde dupletur, duplatū infra præcedentem ponatur figuram ſupra lineam. Poſthac ſub alia figura quæratur figura vel numerus, qui infra lineam etiam poſitus, & in duplatum & in ſe ſemel ductus, deleat ſupra poſitum in quantum poteſt. Poſtea tranſponatur duplatum per vnum locū, & iterum numerus proxime inuentus dupletur, ponendo duplatum ſupra lineam infra figuram ſequentē. Et iterum inueniatur numerus q in duplata & in ſe ductus deleat ſupra poſitum in quantum poteſt. Deinceps ſimiliter tranſponantur duplata vt prius &c. donec finem tetigeris. Si autem tranſpoſitum duplatum haberi nō poteſt, ſcribatur o ad numerum inuentum infra figuram ſequentem poſt duplatum, procedendo vt prius. Sic numerus inuentus (duplato reiecto) radicem oſtēdit, vt 2116 habet radicē 46. Item, 104976 habet radicem 324. Item, Si aliquid in operatione ſuperauerit, numerus non fuit quadratus, ſed maximus in illo eſt quadratus

dratus